
MONVMENTVM
VIRO
MAGNIFICO, ATQVE AMPLISSIMO
DOMINO
ANDREÆ
Schultz
PRO-CONSULI
IN
CIVITATE THORUNENSI
GRAVISSIMO,
CUM,
EXHAVSTIS AETATE VIRIBUS
ANNO AETATIS OCTOGESIMO
D. VII. FEBRUARII
ANNO cIↄ Iↄc XXIX [!]
PLACIDA MORTE
AD AETERNAS BEATORUM SEDES
EMIGRARET
DEBITAE OBSERVANTIAE CAUSA
ERECTVM
AB
RECTORE ET PROFESSORIBVS THORUN.



THORUNII
Impreſſit Ioh. Nicolai NOBIL. SENAT. & GYMN. Typographus.
[1729]

D. O. M. S.

Omnium rerum in orbe
perpetuus est circulus,
in versatili hac mutatione immutabilis nostra contemplatio,
die nascente perire, pereunte nasci,
nam exorto sole
simile priori succedit lumen,
facies coeli eadem, die alia,
antequam ingruit nascendi sors
homo nihil est,
nihil hic manet,
absoluto vivendi circulo,
nisi quod mortuus.
Exodium adeo non dissimile exordio.
Annon igitur PRIVATIO verum in physica PRINCIPIUM
finis quoque est privatio, nempe mors.
surgens ex terrae semine fructus
idem altero anno etiam vegeta radix,
novas nutrit opes,
nutritas denuo haurit terra,
ut expectentur aliae.
simile quid inter homines,
puer tandem fit parens,
parens interdum fatiscens repuerascit
variantis aetatis decursu id ferente.
Vide
concatenatos vitae conatus,
auspicatum futurorum omen,
peractorum hilare suffragium.
Pari lusu
Respublicas agi spectes,
in iisque varias fortunae vices
instabiles vices,
viros ad gubernacula succedentes diversos.
mutata rerum scena & temporum serie diversa.
Vetus Thorunii proverbium est
ordinis Senatorii vices & circulum
viginti quosque annos complecti.
En! vide proverbii verum commentarium.
sexto huius seculi anno, tertio post funestam a Svecis expugnationem
nova erat consularis ordinis redintegratio,
Patres lecti, suffecti aliis
quotquot sufficiebant ex lege.
Vltimus tum suo loco, iam inter illos extremus discessit
per XXXIII annos ad primum PraeConsulatus gradum evectus
VIR MAGNIFICVS
DN. ANDREAS SCHVLTZ.
Civitatem advena salutavit olim florentem
fatali obsidionis incendio doluit civis desolatam
sustentarat Consul ruinarum mole vehementer deformatam
iuvit consilio variis belli iniuriis vexatam
eversa libertatis auctoritate deploravit labefactatam

omni

omni miseriarum cumulo congemuit fatigatam
ac tandem fessus ipse & senio confectus reliquit langventem
annos natu LXXX
tutiorem assecuturus, quam anhelabat, patriam.
Ceterum felix & solers arbiter,
inter ligitantium ambages,
facile viam invenit abrumpendae litis
laetiori pace rupta ex voto restituta.
Subitis consiliis, suffragiis aequis gratus
medelam adhibuit implexis certaminum nodis evolvendis,
adversitate fortunae neque fractus
neque obrutus curarum diversitate.
Expediendis rebus ingenti studio intendebat
neque remissus neque lentus.
Placida senectute
parum aut nihil animi & oculorum vires minuente
integra mente devenit ad calcem
circulo vitae, curarum & negotiorum feliciter absoluto.
Sic ire solent humana,
facili ascensu, facili descensu
omnium assensu omnia coeunt in orbem.
TU, qui ades, tempestivo voto,
precare Beato requiem,
curiae redintegratum Decus
Patribus incolumitatem & vitam
patriae certiorem salutem,
lugentibus solatium
omnibus, qua indigent, felicitatem
omnium maxime, clementius fatum,
TIBI, faustum in circulo decursum!
antequam abis, cave, ne a TE abeas.
nam
difficile est, sine errore in circulo versari, difficilius absolvere!

f.
M. PETR. IAENICHIVS. R.

Wohlseel'ger und Hoch-Edler Herr/ ich bleibe Ihm verpflichtet/
Obschon sein Mund erblasset ist/ der vor mein Heyl gesprochen/
Und vieles/ was mir nützlich war/ gantz willig auffgerichtet/
Wenn Unglück über mich den Stab offt unverdient gebrochen:
So lange ich nach GOttes Schluß allhier noch werde leben/
Soll mir sein Nahme immerfort in den Gedancken schweben.
Er stirbt zu einer solchen Zeit/ die voll von Angst und Plagen/
In der man nichts guts hoffen kan/ und was man hofft verschwindet/

)(Drum

Drum/ was Ihn selbsten anbelangt/ darff man nicht hefftig klagen/
Indem Er alt und lebens satt im Him̃el Ruhe findet/
Und rühmlich seinen Lauff vollbracht/ so daß man Ihn muß preisen/
Ja selbst der neuen Glocken Klang Ihm Ehre soll erweisen.
Jedoch/ was diese Stadt betrift/ so wirds die Zeit bald lehren/
Was mit ihm abgestorben sey: davon ich nicht darff sprechen/
Dieweil sehr vieler Unverstand nicht wil die Botschafft hören/
Daß Gott den Undanck Israels muß leyder! straffend rächen/
Und seines Grimmes volles Maaß gleich einen Strohm außgüssen/
Daß unsre Augen überschwem̃t von Thränen werden flüssen.
Ein jeder/ der vernünfftig ist/ wird diese Warheit loben/
Und von mir keine Heucheley noch andre Grillen glauben/
Ich lasse jeden Ismael nach seiner Einsicht toben/
Mein Hertz und Mund stimmt überein: ich setze nichts auff Schrauben;
Inzwischen soll die Obrigkeit annoch erschaffen werden/
Die gantz und gar gerühmet wird von allen auff der Erden.
GOtt der auff uns erzürnet ist/ den solte man anflehen/
Daß er die/ so am Leben sind/ noch lange lasse leben/
Damit man nicht die Väter darff auf Todten-Bahren sehen/
Er wolle vielmehr Insgesamt vollkom'ne Kräffte geben/
Daß Sie nach jedes Möglichkeit vor unsre Wohlfart sorgen.
Deñ wer nach Sie noch kom̃en wird/ ist uns gewiß verborgen.
Hoch Edle Burgemeisterin/ ich wünsche ihr von Hertzen/
GOtt woll' ihr Trost und Beystand seyn und ihre Jahre mehren/
Auch/ was ihr an Gesundheit fehlt bey ihren Gramm und Schmertzen/
Aus seiner gnadenreichen Hand verleihen und gewehren/
Er schütze die von ihren Bluth/ und die mit ihr verbunden/
Von derer wohlergehen Sie bißhero Lust empfunden.

Aus betrübten und danckbahren Gemüthe
setzte dieses
GEORG. PETR. Schultz.

SENECA Epist. CXV.

Si nobis animum boni viri liceret inspicere, o quam pulcram faciem, quam sanctam, quam ex magnifico placidoque fulgentem videremus! hinc iustitia, illinc fortitudine, hinc temperantia prudentiaque lucentibus. Præter has frugalitas, & continentia, & tolerantia, & libertas, comitasque, & (quis credit?) in homine rarum humanitas bonum, splendorem illi suum affunderet. Tum providentia, tum elegantia, & ex istis magnanimitas eminentissima, quantum, dii boni? decoris illi quantum ponderis, gravitatisque adderent; quanta esset cum gratia autoritas! nemo illum amabilem, qui non simul venerabilem diceret.

INgemit alma Themis, quoties de corpore Patrum
Claudit Præ-Consul lumina morte sua.
Et nunc ingemuit, quamvis provectior annis,
Tempore sed dubio, SCHULTZIUS astra subit.
Fata vocant fortes animas; pia Numinis, inqvit,
Dextera decrepitos ad sua regna vocat.
Ille sibi satis & famæ vixisse videtur;
Longius at Themidi vivere dignus erat.
Provida mens abiit, durisque interrita rebus,
Ivit Nestorea cum gravitate decus.
Pervigiles curæ, tum rerum maximus usus,
Mensula frugalis, iustitiæque tenor;
Hæc fasces liqvido ornarant sellamque curulem,
Et non fucata cum pietate fides.
Fama superstes erit, magna ad Capitolia ducam,
Virtuti ex æqvo præmia digna dabo.
Sic ait, ut subito magni Præ-Consulis aura
Evectam mentem cernit adire polum,
Illa prius nubes visa est transcendere, terras,
Atlantem, Oceanum subpedibusque videns.
Astra dehinc pulsat, candet qua lacteus orbis,
Et qua stellarum densa corona nitet.
Tullius [*] hic magnas animas, dignataque cœlo
Nomina (nescierat nam meliora) locat.
Sed non SCHULTZIADÆ virtus hic perstitit, omni
Cardine lustrato longius evehitur;

Et

[*] Cic. in somn. Scip. & Manilius Astronom. L. I. n. 5. longum contexit Catalogum Græcor. & Romanorum, quorum animas putavit in Galaxiam relatas fuisse.

Et geniis subnixa volat, temploque Tonantis
Reddita, divino lumine tota micat.
Ut Themis insvetum mirari vidit Olympum,
Complosis manibus talia verba dedit:
Vicit iô virtus! vicit mea præmia Numen;
Gaudia iam natus perpetuanda tenet.
Sed tamen exuviis, gremio quas terra recondit,
Hoc statuam marmor, posteritasque leget:
SCHULTZIUS heic annis gravior meritisque recumbit,
Gentis præsidium dulce decusque suæ.
Vidit Pyrgopolin florentem idemque cadentem,
Iam patria fruitur, casus ubi omnis abest.
Ite Viatores, curas æquate seniles:
Præmia cœlestis Curia mille dabit.

Perenni memoriæ ac meritis
Magnif. Dn. Præ-Consulis inscripsit
IAC ZABLERUS.

D. O. M. S.
Siste
Qvæso gradum,
qui
huc transis VIATOR,
& si
REMPUBLICAM NOSTRAM,
qvæ
ingenti nunc vulnere prope inclinare videtur,
pie amas,
Misso lætitiæ nuncio,
tristes jam accine cantus.
Abiit enim
Humanis exemptus rebus,
Vir
Magnificus ac Consultissimus,
DOMINUS
ANDREAS SCHULTZ,
Præconsul Civitatis nostræ
gravissimus,
qvi
DEO,
REIPUBLICÆ
BONISQUE OMNIBUS
fideliter serviens,
Tantam adeo & præclaram
sibi virtutis comparavit gloriam,
ut,

Mortuum

Mortuum licet & oppressum
merito deplorent.
Qvippe
in eo erat Pietatis ardor;
Nihil tumidum arrogans,
Prompti aditus, obvia Comitas,
severitate temperata:
ubi officio satisfactum,
Nulla ultra Potestatis Persona,
Nec illi, quod est rarissimum,
Aut facilitas Autoritatem,
Aut severitas Amorem diminuit.
Nullo dolore aliena tuebatur Commoda.
Insita licet sit mortalibus Cura,
Florentem aliorum Felicitatem,
Ægris oculis introspicere.
In Consiliis non avidus, quam
Consultius properabat,
Cauta potius Consilia cum Ratione
Qvam prospera ex casu placebant,
Ad hæc
Animo in omnes erecto,
Propenso in Amicos Pectore.
Fide, Humanitate atque Candore,
Ecce,
Vitæ quidem satur,
Ast multis invitis,
Ex hac Ærumnarum valle,
ad
Cœleste Domicilium avocatur,
Hic noster Pro-Consul dignissimus.
Et
Consortio tot Angelorum
aggregatus,
VIVIT, REGNAT, TRIUMPHAT.
Nostrum non est,
Felicissima hæc ei invidere,
sed,
Omni Loco & Die
considerare,
BREVITATEM VITÆ, IUDICIUM, ÆTERNITATEM,
TU vero,
BEATE PRO-CONSUL
qvi,
Fatum libens excepisti,
quiesce placide!
Interim omnia,
qvæ Patriæ & aliis multis,
exhibuisti beneficia,
manebunt
In animis bonorum
omnium.

Hanc ultimam Honoris Statuam
Beato Domino Pro Consuli
I. p
GODOFREDUS WEISSIUS.

WEnn des Mandel-Baumes Blüthe sich umb Haupt und Scheitel zieht;
Unsre Seele durch die Fenster als durch Flor und Nebel sieht;
Wenn der Fluß der Wolcken träufft; Sonn und Sternen finster sehen;
Wenn die Müller in dem Mund unterbrochen müßig stehen;
Wenn des Hauses Hütter zittern, Händ und Armen Krafft gebricht;
Sich die Thür der Lippen schliesset; Zung und Stimme leise spricht;
Wenn die Töchter des Gesangs kaum mit Horchen was vernehmen;
Unsre Hohen furchtsam sind auff den Weg sich zu beqvemen,
Da die starcken Säulen wancken, und das Haupt der Schwindel plagt; Pred. S. Sal. XII. 1. seq.
Schlaff und Ruhe uns verlassen wenn es kaum vor Vögel tagt;
Wenn der Lebens-Qvelle Gold in den Adern seigt und fället;
Rad und Eymer unsers Borns gantz zerlächset und zerschellet;
Wenn fast jedes Glied am Leibe die Verwesung an sich fühlt;
Und das halbgebrochne Auge mit erstarrten Blicken zielt;
Wenn der schlaffe Silber-Strick unsers Rückgrads uns läßt sincken,
Haupt und Nacken krum gebeugt gleichsam schon der Grube wincken:
Alsdenn kommt der Weg des Todes uns wol nicht viel saurer an,
Als wenn man beym Schluß des Tages sich zur Ruh verfügen kan:
Da wünscht der beschwerte Geist seiner Hütten loß zu werden,
Und sich auffgelößt zu sehn von den leiblichen Beschwerden.
Doch wenn diese Todes-Fälle solche Männer uns entzieh'n
Die vor vieler tausend Wohlfahrt unermüdet sich bemüh'n:
Ist es immer noch zu früh wenn sie alsdenn schlaffen gehen
Da ein treuer Patriot wünscht unsterblich sie zu sehen.
Edler Greiß, den unsre Väter als den Nestor angesehn,
Wilst Du denn bey hohen Jahren auch zu deiner Ruhe gehn;
Müssen Klagen, Gram und Leid unser Ohr und Hertze füllen,
Des gemeinen Wesens Glück sich in schwartze Nacht verhüllen.
Ist es nicht ein grosser Seegen den des Himmels Gunst erlaubt,
Wenn in dem Regenten-Stande ein mit Ehren graues Haupt,
Dem bereiffter Perlen-Schmuck selbst die Majestät verpfändet,
Wol versuchter Jahre Witz auffs gemeine Beste wendet?
Ist der **Edlen Väter** Orden bey uns nicht genug verwäyßt:
Daß des Himmels zornig Stürmen einen Mann vom Ruder reißt,
Dessen wohlbewehrter Rath, Treue, Sorgfalt, muntres Wachen,
Der Regierung schwere Last halff den Vätern leichte machen?
Uuser Zion fühlt den Schmertzen der hier Haupt und Glieder trennt:
Unsrer Thore Pfosten beben: unser Leyd, was GOtt erkennt,
Preßt den Bürgern Seufftzer aus, daß bey unnennbaren Plagen
Wir hier abermahls ein Theil unsers Glücks zu Grabe tragen.
GOtt, der dieses Leyd gefüget, wolle fernerhin ersehn
Männer, die nach seinem Hertzen vor den Schaden Josephs stehn:
Er vergönne unser Stadt Hirten die mit vielem Seegen
GOttes Heiligthum und Volck treu mit Rath und That verpflegen.
Er befriedige die Hertzen so der Fall in Trauren setzt,
Wende ab was Ihren Frieden Ruh und Sicherheit verletzt:
Setze Ihres Alters Ziel in die späten Lebens Zeiten
Da der vielen Jahre Last Grab und Baare zubereiten.

Dem Hochseel. Herrn Burgermeister die
letzte Ehre zu erweisen und seine Ehrer-
bietung gegen das hohe Trauer-Hauß
zu bezeugen setzte ditses

G. T. Schönwald/ P. E.

❧(O)☙